



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

De Traditione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

lia, sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt Sæcul. XVI,  
 sancti Dei homines, omnis Scriptura divini- A.C. 1528.  
 tus inspirata utilis sit ad docendum, arguen-  
 dum, ad corripiendum, & ad erudiendum.  
 Ast nihil minus mutilum, & prorsus invali-  
 dum esset argumentum ex Scripturis sum-  
 ptum, si pro cuiusvis arbitrio, quod addu-  
 dum fuerit, sacrum aut profanum, canoni-  
 cum aut apocryphum habeatur. Obortis igit-  
 tur de fide dissidiis frustra sc̄epe Scriptura  
 consulitur, nisi Ecclesiæ certa & infallibilis  
 litem dirimat auctoritas, quæ Canonicum li-  
 brum ab apocrypho, Catholicum sensum ab  
 heretico discernat. In enumerandis itaque  
 Canonicæ Scripturæ libris, qui præscriptum  
 Ecclesiæ usum & auctoritatem non sequitur,  
 sacrum Carthaginense Concilium tertium,  
 Innocentii, & Gelasii decreta, & denique  
 definitum a S. Patribus librorum Catalogum  
 respuit, aut in exponendis Scripturis  
 proprii Spiritus judicium sequitur, is veluti  
 schismaticus ac hereticus reprimatur.

### De Traditione.

Quintum Decretum concernit Tra-  
 ditiones, earumque necessitatem,  
 atque auctoritatem confirmat, eoquod  
 S. Paulus eas non tantum traditiones jubet a Epist. 2. ad  
 Thessalonicensibus observari, quas per Epi- Thess. c. 2. v.  
 stolam, sed etiam quas per omnem sermonem <sup>15.</sup> didicissent. Neque prætermisso putandus est <sup>1. Cor. c. 11.</sup>  
<sup>v. 34.</sup> cetera,

**Sæcul. XVI.** cetera, quæ circa Eucharistiae Sacramentum  
 A.C. 1528. **C**orinthiis sese dispositurum, cum venisset,  
 ultro spoponderat, quorum plurima licet a  
 Christo forte non sint instituta, id tamen ra-  
 tum est, quod dictante Spiritu sancto Apo-  
 stoli tradiderint, veluti quod ipse Christus  
 tradidit, & in sui commemorationem fieri  
 præcepit. Oportet igitur nos auctoritati Pa-  
 trum, consuetudinique Majorum per tantam  
 annorum seriem protelatae, etiam non perce-  
 pta ratione credere, eamque ut antiquitus  
 tradita est, iugi observantia ac reverentia  
 custodire. Quam si quis eo prætextu perti-  
 nacius rejiciat, quod non legatur in Scriptu-  
 ris sacris, ut *Hæreticus*, & *Schismaticus*  
 habeatur.

### De Constitutionibus, & consuetu- dinibus Ecclesiasticis.

**S**extum Decretum loquitur de Consti-  
 tutionibus, & consuetudinibus Ec-  
 clesiæ, quas cum debita submissione re-  
 cipi vult, eoquod a summis Pontificibus,  
 & sacrosandis Conciliis statutæ sint, quæ,  
 qui spernit, Christum spernit; atque ideo  
 D. Paulus hominem contentiosum, qui legem  
 illam de velandis mulieribus non probavit,  
 quod ea forte non inniteretur Scripturæ,  
*Ecclesiastica consuetudine refellendum censuit.*  
**I. Cor. c. II.** Si quis autem, inquit Apostolus, vide-  
 u. 16. tur contentiosus esse, nos tales confue-  
 tudi-